



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 143. Collegium Germanicum Romæ erectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

laboris sui segetem perceperat Borgias ^{Sæcul. XVI.}
in Vandalitiæ, imo etiam in Lusitaniæ ^{A.C. 1552.}
Regno, ad quod instantibus Rege, ac
Regina Catharina Cæsaris sorore con-
tenderat.

§. CXLIII.

Collegium Germanicum Romæ ere- dum.

Hoc item anno Romæ Ignatii Socie- *Orland. I.*
tas Collegium, quod appellant Ger- ^{12. n. 8. &}
manicum, obtinebat; illud enim eri- ^{II. 13.}
gebatur eo fine, ut Germanorum sele-
ctior juventus ibidem eam vitæ rationem
addisceret, ut postea Ecclesiarum gu-
bernacula digne prehendere, sanam-
que doctrinam gregi suo proponere pos-
set. Hujus Collegii institutio Ignatio
committebatur a summo Pontifice, qui
ad id per Moronum, & Sancticrucium
Cardinales sollicitabatur. Sub idem
quoque tempus Ignatius ad Neapolis
Regnum contendebat, ut Ascanium
Columnam, & Joannam Arragoniam
istius uxorem animis pariter, & habi-
tatione sejunctos conciliaret. Nec Viri
conatibus secundus abludebat exitus;
quippe ambo Sponsi ad pristinam vitæ
societatem redeuntes postmodum firma
pace conjuncti dies suos transigebant.
Inde Romam redux Ignatius accipit li-
teras Hieronymi Saulii Genuensis Epif-

Sæcul. XVI. copi ipsum maxime hortantis, ut cum
 A C 1552. Societate sua Clericos Mediolanenses,
 quos Barnabitas vocant, in unum quasi
 corpus conjungi pateretur: Verum Ig-
 natius, quamvis de horum Patrum vi-
 tute, ac sanctitate optime sentiret,
 Archiepiscopi tamen votis cedere re-
 nuebat, respondens, quod consultius
 foret, si quilibet Ordo in primævo suo
 statu perfisteret; quamvis enim omnes
 Clerici eandem deferrent vestem, ac
 Regulares appellarentur, nec tamen
 eandem omnes Regulam colerent; ut
 proin majoris fore divini obsequii ex-
 stimaret, si uterque Ordo seorsim ini-
 tum vitæ stadium perseveranter decur-
 reret. Idem quoque jam antea Igna-
 tius in responsis dederat Clericis regu-
 laribus Theatinis, ac Somaschis, qui
 itidem sese Societati adjungere cupie-
 bant. Porro hoc anno tria Collegia
 Perusii, Eugubii, ac Mutinæ fuere e-
 recta, ad Insulam vero Corsicanam,
 & in Vallem Telinam Viros Apostoli-
 cos destinaverat Ignatius, supremum
 autem Italicae Provinciæ Præfectum
 nominabat Patrem Laynium

§. CXLIV.

Gaddii Cardinalis obitus.

Pariter hoc anno Sacrum Purpurato-
 rum Collegium tres Cardinales Gad-
 dium

